



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

23. De officio Primicerij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

De Officio Archidiaconi.

TIT. XXIII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Anchar. Ioan. Andr. Anania, Panormit. Butr. Guillelm. Durand. in brenario aureo iuris Canon. fol. 29. Petr. de Rauen. in compendio iuris Canonici, Mart. Mesnartius in epitome Decret. fol. 25. verso, Daniel Venator in analyti method. iuris Pontif. pag. 82. Goffred. & Host. in summa huius tit. Lancel. in instit. Canon. Cafarel. in erotem. iur. Canon. Canil. in summa iur. Canon. lib. 1. tit. 19. Petr. Alphons. de Vasconcel. in harmonia rubr. iur. Canon. Alex. Caffan. & Anastaf. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iur. Canon. Ioan. Honor. lib. 1. summ. in Decret. omnes sub hoc tit.

De Archidiacono, & eius officio, ac dignitate scripserunt Grammat. decis. 64. n. 2. 3. & 18. cum seqq. Lancel. Conrad. in templo omnium iudic. lib. 1. c. 8. Guillelm. Durand. in speculo iuris lib. 4. sub hoc tit. Greg. Lopez per text. ibi in l. 4. tit. 6. p. 1. Sarm. lib. 3. select. cap. 15. Menoch. conf. 51. n. 26. Ioan. Garc. de expensis. c. 9. n. 4. Zerol. in prax. Episc. verbo, Archidiaconus, p. 1. & 2. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 14. Fr. Hieron. Roman. de Repub. Christiana lib. 3. c. 10. Nicol. Garcia de benefic. p. 7. c. 7. num. 36. cum seqq. Galganet. de iure publico, lib. 5. tit. 21. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1618. Card. Tufch. tom. 1. litera A. concl. 482. Illustriss. D. mens Roderic. à Cunha post primam huius libri impress. à me visus in comment. ad c. 1. dist. 2. n. 11. & 12. Sebast. Caf. de Eccles. hierarchia p. 3. dist. 12. §. 1.

SUMMARIUM.

- 1 Archidiaconi ad officium qua spectent, ponuntur.
- 2 Archidiaconus est Episcopi Vicarius.
- 3 Archidiaconus Episcopo absente, & eius officialibus Vicarij munus exercet.
- 4 Archidiaconus non exercet officium Vicarij Sede vacante, nec infra illos octo dies, quibus à Capitulo Vicarij electio facienda est.
- 5 Episcopi non impediti singulis annis dioeceses suas visitare tenentur.

CAP. Vt Archidiaconus. I.

Ex libro Romani Ordinis.

Archidiaconi officium est esse Vicarium Episcopi in omnibus, & curam habere in clero posito in Vrbe, & Parochiis, & de eo est redditurus rationem de conseruatione, honore, doctrina Ecclesiasticorum, & studio aliarum rerum, & delinquentium. Item si Episcopus non potest, tertio quoquo anno visitet dioecesim, & vice Episcopi emendet, & corrigat, quæ indigent emendatione. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Butr. Anania, Panorm. Host. Anch. Viuian. in ration. primi libri iur. Pont. pag. 342. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 123. remissive. Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 15. c. 2.

Aduertit Anton. August. in notis ad hunc text. quod in libro Romani ordinis nuper edito, sunt hæc verba. Obseruandum est septem esse regiones vrbi Rome, singulas regiones singulos Diaconos regionarios habere, & vniuersumque regionis acolytos per manum Subdiaconi regionarij Diacono regionis suæ officij causa subditos esse. Hos omnes Archidiacono, qui Vicarius est Pontificis, obedire, seruari unicuique per eum proprii gradus ministeriales ordine.

Vt Archidiaconus post Episcopum sciat se Vicarium. Notatur ad hoc quod Archidiaconus est Episcopi Vicarius, vt per Rebuff. in praxi benefic. tit. de forma Vicariatus, n. 199. Maranta de ordine iudic. p. 4. dist. 5. princip. n. 7. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 14. §. 2. Moneta de distribut. quorid. p. 2. q. 1. n. 26. vers. ratio. Anton. de Pratris in elypeo pastoralis officij, c. 6. n. 3. c. Sbroz. de officio Vicarij, lib. 1. q. 1. n. 17. Narbona de appellatione à Vicario ad Episcopum p. 1. n. 22. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 1. c. 10. n. 2. vers. sexta, quos refero ego ipse de offic. & potestate Episcopi, p. 1. alleg. 54. n. 16. Vnde ipso iure abique aliquo facto, Episcopo absente, & eius officialibus, Vicarij munus exercet, Sbroz. de Vicario Episcopi, lib. 1. q. 2. n. 15 & q. 36. n. 1. c. Non autem Sede vacante, nec etiam infra illos octo dies, quibus à Capitulo Sede vacante Vicarij electio facienda est, iuxta formam Conc. Trident. sess. 24. de reform. c. 16. quia text. in presenti, aliæque iura de eo disponentia loquuntur tantum Sede repleta; tum quia intra illos octo dies totum Capitulum potest & debet administrare, vt tenent Quaranta in summa Bullarij, verbo, Sede vacante, §. duodecimo quares. vers. prima, Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. post resol. 505. in notabilibus, de materia Vicarij à Capitulo Sede vacante, vers. primo, quos refero ego ipse d. alleg. 44. num. 163. Quicquid teneat Archidiaconum sustinere Vicarij vices Sede vacante dum agitur de electione Vicarij à Capitulo post Flor. & Abb. Sbroz. d. lib. 1. q. 6. 1. & in addit. ad q. 3. eod. lib. 1.

In gloss. De tercio, ibi, Episcopus vero singulis annis, & c. Episcopi secundum dispositionem Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 3. si aliquo legitimo impedimento non detineantur, singulis annis dioeceses suas visitare tenentur, si tamen dioeceses adeo ample sint, & vnius anni spatio commodè lustrari, ac circuiti per eos non possint, tunc singulis duobus annis visitationis munus obire debent, referunt Paul. Salodi. in praxi de visitat. p. 1. cap. 1. ego ipse de offic. & potest. Episc. 3. alleg. 73. n. 2.

SUMMARIUM.

- 1 Archidiaconi ad officium plura spectantia ponuntur.
- 2 Archidiaconi proprium munus est cum Episcopo Sacris operatur, sanctum Euangelium cum voluerit legere, vel alicui Diacono præcipere, vt legat.

CAP. Officium. II. Ex Conc. Tolet.

Archidiaconi officium est etiam legere Euangelium, vel præcipere alicui Diacono, vt legat. Item dum celebrat Episcopus præcipere Leuitis vt induant se vestibus sacris, & præcedat ad Missam. Item disponere de acolytis, quis eorum deferat candelabrum, vel thuribulum. Item nullus cantet Epistolam, vel Euangelium nisi prius Archidiaconus auscultet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Anania, Hostiens. Innoc. Panorm. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontificis, pag. 343. Alagona in compendio iuris Canonici

Canonici, pag. 123. remissive Ximen. in concord p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. Decret. lib. 1. tit. 14. c. 3.

2 Probat hic text. quod Archidiaconi proprium munus est cum Episcopus Sacris operatur, sanctum Evangelium, cum voluerit, legere, vel alicui Diacono præcipere, ut legat, ut per Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 14. quest. 2. vers. deinde, Galganet. de iure publico. lib. 3. tit. 21. n. 5. Sebast. Cæf. in relect. de Eccles. hierarch. p. 3. q. 12. §. 1. n. 7.

Post Episcopum.] Notatur ad hoc quod Archidiaconatus est dignitas principalis post Episcopatum, ut per Læf. Zech. de Repub. Eccles. tit. 24. à n. 13. Sebast. Cæf. d. §. 1. n. 3.

S V M M A R I U M.

- 1 Vasorum Ecclesie custodia spectat ad Archidiaconum.
- 2 Archidiaconus vasa divinis Ecclesie vtilibus dicata sedulo custodire debet.
- 3 Negligentia in iudice, vel Prælati in iis, que facere tenentur, ratione officij est peccatum mortale.
- 4 Index Ecclesiasticus ubique est negligens in administratione rerum Ecclesie, deponendus est.

CAP. Ea, quæ. III. Gregor. III.

1 Archidiaconus est custos vasorum Ecclesie, de quibus reddit rationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zab. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Anch. Host. Butr. Panorm. Anan. Butr. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord p. 1. c. 2. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 343. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 132. desumitur ex epist. 10. lib. 1. registri B. Gregorij, refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 15. cap. 4.

2 Probat hic text. ad Archidiaconum pertinere vasa divinis Ecclesie vtilibus dicata sedulo custodire, ut per Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 14. q. 2. §. deinde, vers. ad eundem pertinet, Sebast. Cæf. in relect. de Eccles. hierarch. p. 3. q. 12. §. 1. n. 8.

3 In gloss. Reatu. Notatur ad hoc quod negligentia in iudice, vel Prælati in his, que facere tenentur ratione officij, est peccatum mortale, ut per Perez in l. 1. prope finem, tit. 1. lib. 8. Ordin. p. 4. Colm. in pragmat. Sanctionum, in proavis, verbo, neglecta. fol. 35. Nauar. in c. contrarium, n. 8. de poenitent. distinet.

4 In gloss. Negligentia, ibi, & etiam propter negligentiam remoueat. Notatur ad hoc quod ubique index Ecclesiasticus est negligens in administratione rerum Ecclesie, deponendus est ab officio & dignitate, ut per Abb. in c. ea que, in princip. de statu Monach. Felin. in cap. edoceri, in fine, de rescript. & in c. 1. num. 1. de treuga, & pace. quos refert, & sequitur Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de exemptionibus clericorum, & eorumdem bonorum à muneribus publicis, §. 9. numero 4.

S V M M A R I U M.

- 1 Archidiaconus sine licentia Episcopi nulli committere debet curam animarum consuetudine in contrarium non obstante.
- 2 Declaratur text. in presenti.
- 3 Institutio auctorizabilis sine Episcopi consensu ex privilegio, vel consuetudine Archidiacono, vel alij Prælati inferiori an competere possit, ostenditur.
- 4 Episcopus habet ius instituendi omnes presentatos à Tom. I.

patronis ad quæcunque beneficia intra suam diocesim existentia.

5 Iurispatronatus in fundatione potest reservari ius instituendi inferiori Episcopo de ipsius Episcopi consensu.

6 Archidiaconus ratione sui muneris non potest curam committere animarum.

7 Archidiaconus an habeat curam animarum, remissive.

CAP. Cum satis. IV. Alex. III.

Archidiaconus sine mandato Episcopi non committit curam animarum, id est, non habet institutionem auctorizabilem consuetudine in contrarium non obstante. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zab. Collect. Host. Anch. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viu. in rationali primi libri iur. Pont. pag. 343. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 123. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. part. 1. c. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 15. c. 4 & post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 15. cap. 2.

Quoniam igitur, &c.] Ludou. à Castro in comment. 2. ad c. venerabilis, corol. 7. de consuetud. intelligit textum in presenti, vel de consuetudine particulari, quæ non est consuetudo, vel de consuetudine irrationabili, quæ non habet vim abrogandi legem.

Mandamus ut nemini, &c.] Notatur ad hoc quod institutio auctorizabilis (per quam canonicè institutis in beneficio datur cura animarum in populum) sine Episcopi consensu ex privilegio, vel consuetudine Archidiacono, vel alij Prælati inferiori competere non potest, ut per Ioan. Andr. Butr. & alios in presenti, quos refert Gilchen. de prescript. p. 3. c. 10. n. 10. Sed ego ipse de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 72. n. 185. contrarium verius existimo, respondeoque textum in presenti solum prohibere consuetudinem, seu magis prescriptionem, per quam aliquis inferior intendit instituere in beneficiis nomine proprio, non ita si præscribat nomine & vice Episcopi, ut tanquam ipsius Vicarius faciat institutionem.

Sine licentia, & mandato Episcopi.] Notatur ad hoc quod Episcopus habet ius instituendi omnes presentatos à patronis ad quæcunque beneficia intra suam diocesim existentia, ut per Mar. Anton. var. resol. lib. 3. resol. 47. n. 6. & resol. 55. n. 11. in fine, Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 30. tit. 3. n. 224. Vgolin. de offic. & potest. Episcopi. c. 51. §. 4. n. 1. Viu. in praxi iurispatron. p. 2. lib. 12. cap. 2. num. 1. In fundatione tamen iurispatronatus potest reservari ius instituendi inferiori Episcopo, de ipsius tamen Episcopi consensu, ut per Abb. Roch. & Lambert. quos refert, & sequitur Mar. Ant. d. lib. 1. resol. 12. n. 5.

Curam præsumat committere animarum.] Notatur ad hoc quod Archidiaconus ratione sui muneris non potest curam committere animarum, ut per Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 14. q. 2. vers. atque hac quidem Galganet. de iure publico. lib. 3. tit. 21. n. 6.

In gloss. Consuetudinis ibi, Verum Archidiaconus habeat curam animarum. Vide latè Azor. dist. cap. 14. quest. 3.

SYMMARIVM.

- 1 Archidiaconus secundum Ecclesiasticorum institutionem non potest excommunicare sine licentia Episcopi.
- 2 Archidiaconus non potest excommunicationis sententiam ferre.
- 3 Declaratur text. in presenti & numeris seqq.

CAP. Archidiaconis, V.

1 **A**rchidiaconus secundum Ecclesiasticam institutionem non potest excommunicare sine licentia Episcopi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabari. Collect. Bellam. Io. Andr. Anan. Host. Henric. Boich. Innoc. Butr. Panorm. Viu. in rationali primi libri iuris Pontific. pag. 343. Alagona in compendio iur. Canon. pag. 124. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. allest. 1. Decret. lib. 1. tit. 1. §. c. 5. & est post Conc. Lateran. sub Alex. II l. p. 26. c. 4.

2 Probat hic text. quod Archidiaconus non potest excommunicationis sententiam ferre, ut per Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 14. §. 1. vers. atque hac quidem Galgauer. de iure publico. lib. 3. tit. 1. num. 6. vers. nec sine. Pro quorum sententia facit text. in c. dudum, c. 4. vers. andem de elect. ubi de consuetudine tantum permittitur Archidiacono suspendere, excommunicare, & intercedere, quasi id non possit iure communi attentio. Verum Archidiaconus iure communi a tentio Ecclesiasticas censuras ferre posse bene probat text. in c. Romana, in princip. de sent. excomm. lib. 6. notant Iacob. de Graffis in aureis decis. p. 1. lib. 4. c. 4. n. 8. Duaren. de sacris Ecclesiasticis lib. 1. c. 12. in fin. Petr. Gregor. syntagma iuris lib. 1. §. cap. 20. num. 6. licet Lali. Zechi. de Repub. Ecclesiastic. cap. 24. n. 23. distinguit inter Archidiaconos electos a Capitulo, in quibus praedictam doctrinam agnoscit, & electos ab Episcopo, in quibus contrarium resoluit.

3 Ad text. vero in presenti respondent nonnulli solum negare id posse Archidiaconos ex primaria eorum institutione, ut colligunt ex illis verbis, d. Ecclesiastica institutione; tunc enim eorum officium ad fori exterioris iurisdictionem se non extendebat, sed ad aliqua ministeria, quae commemorat Duaren. d. c. 12. Postea vero aliquam iurisdictionem eis datam fuisse patet ex cap. 1. de eo, qui furtivus, & iuribus in hoc tit. citatis, notat. Soar. tom. 5. de censur. disp. 2. sect. 2. n. 9. Ad text. vero in d. cap. dudum, responderi potest, quod Papa ad convincendum electum habentem plura beneficia curata, qui se ignorantia excusare nitebatur, expendit consuetudinem receptam, & notoriam, cuius subinde nulla potuit iusta ignorantia praevalere.

4 Ego tamen si libere quod sentio, proferre licet, verius existimo Archidiaconos, Archipresbyteros, & similes censuras ferre non potuisse iure communi, nisi hoc Episcopus concesserit, ut plane significat text. in presenti sibi, ex Ecclesiastica institutione, &c. nisi auctoritas Episcoporum accesserit, quasi sint duo termini inter se oppositi, unus ex institutione propria Archidiaconorum, alter ex speciali Episcoporum concessione, ut in priori non possit Archidiaconus censuras ferre, in posteriori vero sic, & iuxta hunc casum data scilicet Episcoporum concessione recte procedit text. in d. cap. 1. de eo, qui furtivus, text. autem in d. cap. dudum, hoc seipsum significat, dum specialem consuetudinem requirit, & positus eisdem terminis, legitima scilicet concessione Episcopi, vel

legitima consuetudine; recte procedit text. in dist. cap. Romana.

Non obstat, quod Archidiaconus & similes habent iurisdictionem fori contentiosi, ut iurgia audire, hoc est, lites diffinire valeant, cap. 1. cap. ad hac, hoc tit. Quia respondetur eos non iure proprio hanc habere iurisdictionem, sed tanquam Vicarios ex commissione, & nomine Episcoporum, d. cap. 1. ibi, vice sui Episcopi, cap. perlectus, ibi, successione Episc. dist. 2. §. quam commissionem, seu iurisdictionem ad effectum decidendi specialem esse oportere, neque sufficere generalem quam habent a iure communi, & ex institutione sua, explicat Turrecrem. in d. cap. perlectus, §. hi sunt, num. 5.

Quare secundum formaliter respondetur Archidiaconis solum concedi audire iurgia in dictis iuribus, ac per consequens eisdem negari potestatem decidendi, iuxta text. in c. super questionum, §. porro. iuncta gloss. verbo, auditor, de off. delegati, unde decisionem ad Episcopum referendam notat Host. & in simili de Archipresbytero agens probat text. in cap. vi. ibi, Episcopo suo remittent, & ibi referant ad Episcopum, de offic. Archiep. & quando negotium fuerit arduum, fatentur omnes per text. ibi in dicto cap. ad hac, vers. item, explicat Turrecrem. dicto n. 5. ac proinde cum excommunicatio sit maior poena, quam sit in Ecclesia, ex cap. cum non ab homine, de iudiciis, & reliquae censurae non nisi pro contumacia ferri possint, merito sequitur Archidiaconos, & Archipresbyteros sine speciali Episcoporum commissione eas ferre non posse, quae omnia facilius procedunt secundum hodiernam consuetudinem, quae attendit Archidiaconi in tota Hispania non habent potestatem illam, quae iure communi eis concedebatur, indeque decretum Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 12. dum requirit Doctoratum vel Licentiatum in Theologia, vel iure Canonico ad Archidiaconatum obtinendum, non procedere in Archidiaconis hodiernis, dicunt decisum Campan. in diversis iuris Canon. lib. 7. c. 6. n. 41. Ricc. in praxi resol. 497. n. 3.

SYMMARIVM.

- 1 Archidiaconus semel in anno nisi necessitas aliud exigat suas Ecclesias visitet.
- 2 Archidiaconus visitationis munus quando exercere possint ostenditur.

CAP. Mandamus, VI.

Archidiaconus semel in anno suas Ecclesias visitare potest, nisi nova causa aliud exigat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabari. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Henric. Boich. Butr. Panorm. Host. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontific. pag. 344. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 124. remissive Ximen. in concord. p. 1. habetur post Conc. Lateran. sub Alex. II l. p. 1. c. 11.

Ad Ecclesias suas Archidiaconatus visitandas. Vide 2 Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 3. ubi ita disponitur, Archidiaconi autem, Decani, & alij inferiores in his Ecclesiis ubi habent visitationem exercere legitime consueverunt, debeant quidem assumpto Notario de consensu Episcopi deinceps per se ipsos tantum visitare, refert Felician. Comment. in manuali Visit. lib. 1. tit. 3. vers. Archidiaconi. Ego ipse de officio, & potestate Episcopi, part. 1. alleg. 73. num. 22. Et poterit Episcopus praestituere terminum Archidiacono ad visitationem expediendam, & praescribere comitatum, & aquitatum ne oneri sit Ecclesiis;

De Officio Archidiaconi, Tit. XXIII. 207

Ecclesiis, quas visitauerit, prout sacram Card. Congregationem censuisse refert Piassec. in praxi noua Episcop. p. 2. c. 3. de Visi quorumvis exemptorum, n. 62. pag. 213. quem refero ego ipse d. alleg. 73. n. 39.

SVMMARIUM.

- 1 Archidiaconi officium quod sit, & in quo per illud re-
leneatur Episcopus, ponitur.
- 2 Archidiaconus singulorum Presbyterorum causas au-
dire debet.
- 3 Archidiaconus dicitur oculus Episcopi.
- 4 Archidiaconus non obtinet eandem iurisdictionem,
quam Episcopus, sed inferiorem.
- 5 Archidiaconus habet perpetuam vicariam & iurisdic-
tionem ordinariam.
- 6 Archidiaconi ad officium pertinet mittere in corpora-
lem possessionem beneficiorum institutos ab Epi-
scopo.
- 7 Archidiaconi interest eos examinare, qui promoueban-
tur ad Ordines, quosque praeficiantur Ecclesiis,
eosque Episcopo praesentare.
- 8 Eligentes aliquem ad munus sunt adstricti laes per-
soluere noxam & damna suborta ex iniqua electi
administratione.

CAP. Ad hæc. VII. Innoc. III.

- Archidiaconi officium est imperare Subdiaconis, & Leticis, sollicitè ordinare Parochias, audire iurgia singulorum, cuius iurisdictioni subiaccant Archipresbyteri, seu Decani. Est primus post Episcopum, & Vicarius Episcopi, oculus Episcopi, vt quæ corrigenda viderit, corrigat, & emendet, dummodo non sint ardua negotia. Item ad ipsum pertinet institutio corporalis pro beneficiis, & dignitatibus, & examinare promouendos ad Ordines & beneficia. Item Decani rurales institui, vel destitui debent ad mandatum Episcopi, & Archidiaconi simul. Colligitur ex Ord. Abb. antiq. Zabab. Collect. Bellam. Host. 10. Andr. Anch. Butr. Imol. Anan. Innoc. Panorm. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 345. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 124. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 11. c. 1.
- 1 Audire debet iurgia singulorum.] Notatur ad hoc quodd Archidiaconus singulorum Presbyterorum iurgia, & causas audire debet, vt per Azor. inst. mor. p. 2. lib. 3. c. 14. g. 2. vers. deinde, Galganet. de iure publico, lib. 3. tit. 2. n. 6. vers. iurgia.
- 2 Oculus Episcopi. Archidiaconus appellatur.] Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 12. in princ. ibi, Archidiaconi etiam, qui oculi dicuntur Episcopi, &c. Sbroz. de offic. Vicarij, lib. 1. g. 1. n. 17. & g. 36. n. 10. Aloyl. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1618. vers. hinc est.
- 3 Nisi adeo fuerint ardua negotia, &c.] Notatur ad hoc quodd Archidiaconus non obtinet eandem iurisdictionem, quam Episcopus, sed inferiorem, Narbona de appell. a Vicaria ad Episcop. p. 1. n. 20.
- 4 In quadam vero, &c.] Notatur ad hoc quodd Archidiaconus habet perpetuam vicariam, & iurisdictionem ordinariam, vt per praxi Episc. 1. verbo, Archidiaconus.
- 5 Quod institutio corporalis, &c.] Notatur ad hoc quodd ad Archidiaconi officium pertinet mittere in corporalem beneficiorum possessionem institutos ab Episcopo, vt per Con. lib. 3. var. c. 6. n. 7. vers. tertius, vbi aduertit quodd quamvis in clericis Episcopus, de praebend. Tom. I.

lib. 6. responsum sit ad Episcopum pertinere missionem in beneficiorum possessionem, illud potest intelligi non quidem de ipsa missione in possessionem corporalem, sed de sententia, aut decreto, quo Episcopus pronuntiat institutum in possessionem mittendum fore, seu de ipsa corporalis possessionis traditione. Vel potest intelligi vt procedat de consuetudine, secundum quam hodie ad Episcopum, non verò Archidiaconum spectat corporalis possessionis traditio, vt refert Flam. de resign. lib. 1. c. 9. n. 32.

Examinatio etiam clericorum.] Notatur ad hoc quodd Archidiaconi interest eos examinare, qui promouebantur ad Ordines, quosque praeficiantur Ecclesiis, eosque Episcopo offerre, vt per Azor. inst. mor. d. c. 14. g. 2. vers. deinde, Campan. in diuers. iur. Can. rubr. 3. à n. 15. Quarant. in sum. Bullarij, verbo, Ordo, vers. subsequenter, Sebast. Cæs. d. s. 1. n. 8.

In gloss. Examinatur. Notatur ad hoc quodd eligentes aliquem ad munus sunt adstricti laes perfoluere noxam, & damna suborta ex iniqua electi administratione, vt per Con. in reg. peccatum, p. 2. §. 7. n. 12. Burg. de Pace in l. 2. Tauri, n. 8. Palat. de rep. c. 126. n. 11. Bobadil. in sua politica, lib. 1. c. 12. n. 59.

SVMMARIUM.

- 1 Archidiaconus non dat literas commendatitias ad Ordines, & n. 2.
- 3 Dimissorias literas concedere possunt soli Episcopi, qui ordinare valent.

CAP. Significasti. VIII.

Archidiaconus non potest dare alicui literas dimissorias ad Ordines, & qui sic ordinatur, interdicitur ei vsus Ordinum ab Episcopo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabab. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Host. Innoc. Panorm. Anan. Butr. Viu. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 345. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 124. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 11. cap. 2.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt, Sbroz. de offic. Vicarij, lib. 2. g. 40. n. 13. Azor. inst. mor. p. 2. lib. 3. c. 14. g. 2. vers. deinde, Galganet. de iure publico, lib. 3. tit. 2. n. 8.

In gloss. Literas, ibi, Sed solus Episcopus. Soli enim Episcopi dimissorias concedere possunt, qui & ordinare valent, Seraphin. decis. 985. n. 3. Campan. in diuers. iuris Canonici, rubr. 6. cap. 3. num. 13. propè finem, quos refero ego ipse de officio, & potestate Episc. p. 2. alleg. 7. n. 4. vbi n. 6. quodd inferiores Prælati eas nequeunt concedere nisi ab Apost. Sede fuerit eisdem specialis data potestas; nam hodie attento iure nouiori Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 10. neque ipsi Abbates, neque alij etiam exempti, aut Collegia, aut Capitula quæcunque etiam Ecclesiarum Cathedralium literas dimissorias clericis secularibus, vt ab alijs Ordines suscipiant, concedere valent, vnde Henric. in sum. lib. 10. c. 21. §. 4. affirmat personas quaslibet extra Præfulum etiam habentes iurisdictionem quasi Episcopalem contentiosam & voluntariam nequiri dictam elargiri licentiam.

S V M M A R I V M.

1. Archidiaconus examinat, & praefert ordinandos, & ponit prelatos in Sede.
2. Dignitatis, vel officij quasi possessio probatur ex actibus ad illud spectantibus.
3. Cura animarum alicuius Parochiae non probatur ex eo quod quis administravit Sacramenta eius incolis, nisi probet eum ad id esse adstrictum.
4. Archidiaconus ordinandos representat Episcopo, & examinat.

CAP. Vt Nostrium. I X.

1. Archidiaconus examinat, & praefert ordinandos, & ponit Praelatos in Sede. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anania, Host. Innoc. Panorm. Vin. in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 346. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 124. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret lib. 1. tit. 1. c. 4.
2. Nec fuit sufficienter probatum, &c.] Notatur ad hoc quod volenti probare quasi possessionem alicuius dignitatis, vel officij, non sufficit probare exercitium actuum, qui de iure communi non spectant ad dignitatem, vel officium, sed etiam debet probare illos actus ad dignitatem spectare, vt per Mascard. de probat. concl. 1214. n. 2. Sic etiam volenti probare esse apud aliquem curam animarum alicuius Parochiae non sufficit probare eum administrasse Sacramenta incolis eiusdem Parochiae, nisi probet eum id esse adstrictum, & posse compelli, vt per Mantica decif. 48. n. 5. ex gloss. verbo, impendant, in Clem. dudum de sepult. recepta per Zabarel. lib. 9. Imolam n. 32. Panorm. n. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. n. 36. Rota decif. 52. n. 10. part. 2. diuersor.
3. Representare videlicet, &c.] Notatur ad hoc quod Archidiaconus ordinando representat Episcopo, & examinat; ego ipse de officio & potestate Episcopi, part. 2. alleg. 10. num. 21. Galgancet. de iure publico, lib. 3. tit. 2. 1. num. 7.

S V M M A R I V M.

1. Archidiaconus in monasterijs iurisdictionem non habet, nisi quantum ei tribuit generalis, vel specialis consuetudo.
2. Familia Episcopi gaudet privilegio fori.
3. Seruitia terminata suis terminis & finibus sunt contenta.
4. Consuetudo aliorum locorum est spectanda, quando particularis deficeret.
5. Consuetudo vnius civitatis, vel loci extenditur ad loca, & oppida particularia illi subiecta, quae non habeant consuetudinem propriam.
6. Testes antiquiores maxime sunt praefertendi.
7. Testes domestici ubi adest difficultas probationis plene probant.

CAP. Dilecto. X. & vlt.

Honor. III.

1. Archidiaconus non habet iurisdictionem in monasterijs Regularium, nisi consuetudo pacifica

ei hoc concesserit. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Butr. Henric. Anch. Panorm. Viuian. in ration. primi libri iur. Pont. pag. 346. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 125. remissive Ximen. in concord. p. 2.

Et hominum, ac familia ipsius.] Notatur ad hoc quod familia Episcopi gaudet privilegio fori, vt per Capic. decif. 12. Ioan. Anton. de Nigris in extrauag. vnic. num. 89. de vita, & honest. cleric. Calcan. consil. 71. num. 4. versic. nec obstat si dicatur, Natt. conf. 576. num. 5. in fine, Burg. de modo procedendi ex abrupto, quast. 65. num. 77. Sbroz. de officio Vacarij, lib. 2. q. 146. Alder. Mascard. de stat. interpret. conclus. 1. num. 135. Iacob. de Graff. in decision. aur. part. 2. lib. 3. cap. 5. n. 26. versic. secundò familia Episcopi, Thelaur. decif. 22. num. 6. Capel. Tholof. decif. 378. Bursat. consil. 25. num. 13. lib. 1. Hyppol. Marfil. consil. 67. num. 60. Clar. §. fin. quast. 35. num. 18. versic. quæro nunquid familiares, Marant. de ordine iudic. part. 4. dist. 11. num. 4. Bonacof. in tract. de seruis & famulis, quast. 5. Bossi. in tract. crimin. tit. de foro compet. num. 127. Bellug. in speculo Principum, rubr. 11. §. videndum, num. 9. in fine, versic. de existentibus, Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 47. Farinac. in praxi crimin. part. 1. quast. 8. num. 46. Ion. Aloyf. Leo. in ambent. cassia, num. 23. C. de sacrosanct. Ecclesijs, Mich. Grassi. tom. communium opinion. lib. 1. tit. 2. num. 48. pag. 157. Zerol. in praxi Episcopi, part. 2. verbo, Episcopus, §. 11. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. cap. 11. num. 19. Villalob. in erario commun. opinion. num. lit. F. num. 33. Stephani. Gratian. Marchia decif. 233. numero 1. & discept. forens. cap. 340. num. 31. & seq. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 73. ante num. 2. Carol. de Graff. de effectibus clericalibus effecti 1. num. 128. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de favore clericorum reali, §. 1. num. 13. Squilante de privileg. cleric. cap. 47. num. 46. Illustrissimus D. Rodericus à Cunha in comment. ad cap. eos, num. 11. dist. 32. Alexand. Trentacinq. variar. resolut. tom. 1. lib. 2. tit. de foro compet. resolut. 1. num. 1. Mart. de iurisdic. part. 4. casu 111. num. 3. versic. secundus articulus est, Campanil in diuersor. iuris Canon. rubr. 9. cap. 9. num. 12. Mar. Giur. consil. 70. num. 2. 1. versic. cumque referentur omnes, quorum plures refero ego ipse de officio, & potest. Episc. part. 3. allegat. 107. num. 9. versic. familia Episcopi, & me citato diligentissime D. Aurel. Ang. Taur. lib. 1. responsionis pro veritate, lib. 1. dist. 52. num. 30.

De familia Episcopi dicuntur Fiscalis, nuntij, siue cursores, carcerum custodes, barifellus, bircuarij, & his similes, ad not. per Felin. in c. 2. n. 1. in fine, de foro comp. Rebuff. de privilegijs scholar. priuil. 166. n. 1. Stephan. Grat. Marchia decif. 233. n. 12 & num. 20. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. c. 11. n. 17 & 18. & sacra Congreg. super negotijs Episcoporum, & Regularium praeposita 25. Aprilis 1614. dum fuisset processum ad nonnullos actus in causa capitanei, vel barifelli Episcopi Sorani carceribus mancipati per Viceducem civitatis Sorae sacra eadem Congr. de mandato sanctissimi Pauli V. attento quod barifellus existit de familia armata Episcopi, & propterea non potest, nec debet de iure per laicum capturari, ordinavit Illustriss. Auditori Cameræ vt capturam & acta nulla declararet. Rursus petente Episcopo Vaisonen. vtrum iudex Camerarius, & fiscalis eiusque familiares debeant vti privilegio fori, & immunitate ab oneribus personalibus. Sacra eadem Congreg. sub die Decembr. 1614. officiales praedictos vti familiares Episcopi fori privilegio gaudere, & ad personalia civitatis munia subeunda minime teneri censuit.

Notarius quoque censetur de familia Episcopi secundum

De Officio Archipresbyteri, Tit. XXIV. 209


etundum Stephan. Gratian. *Marchie decif.* 233. per tot. & *discept. forens. cap.* 340. & 341. Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de favore clericorum reali.* §. 1. num. 16. Aloyf. Ricc. *resol.* 471. num. 4. & *seq.* Mar. Giurb. *conf.* 88. n. 4. vbi late probat per totum illud consilium procedere etiam in notario non exercente immediate; quapropter optimo iure S. Congregatio super negotiis Episcoporum, & Regularium præposita mandauit Episcopo Ortunen. 6. Augusti 1602. ne suspenderet censuras latas & publicatas contra Gubernatorem Lanciani, nisi prius relaxato è carceribus eius notario, Regiis hortatoriis, ac aliis quibuscumque non obstantibus.

3 *Adiudicantes*, &c.] Notatur ad hoc quod seruata terminata suis terminis, & finibus sunt contenta, vt per Tiraquel. *de notabil. c.* 37. n. 15.

4 In gloss. *Abbas*. Aduerte eo tantum casu consuetudinem aliorum locorum esse spectandam, quando scilicet particularis deficeret, Innoc. *hic num.* 8. *vers. item*, & *num.* 9. Mohed. *decif.* 5. num. 2. de decimis, & tenet Rota in *una Oriolen. Canon.* 11. Martij 1619. coram R. P. D. Remboldo. Vnde consuetudinem vnus ciuitatis vel loci extendi ad loca, & oppida particularia illi subiecta, quæ non habeant consuetudinem propriam, post Bart. Butr. & Curt. resoluunt Moneta *de distrib. quodid.* p. 2. q. 12. n. 28. vbi etiam dicit secus esse si consuetudo illa esset contra ius alicuius Ecclesiæ particularis, quia tunc non extendetur ad Ecclesias.

6 In gloss. *Maiores*, ibi, *Ab antiquioribus*. Notatur ad hoc quod testes antiquiores maxime sunt præferendi, vt per Tiraq. in *præfat. primog.* n. 148. & *seq.* Rebuff. *de reprobat. testium.* n. 125. Mascard. *de probation. concl.* 1295. & 1196. n. 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præf.* 47. n. 3. Farin. in *praxi crimin.* q. 65. num. 176. Cardoso in *praxi iudicium,* verbo, *testis.* n. 70.

7 In ead. gloss. ibi, *Et que domi geruntur facilius probantur per domesticos, quam per alios.* Vide Amat. Roderic. in *practica de modo*, & *forma videndi*, seu examinandi processum, c. 7. n. 50. Brunor. à Sole in *locis communibus verbo, domestici*; nam licet testes domestici non probent, tamen vbi adest difficultas probationis ratione temporis & loci, vel in his, quæ occulte sunt, plenè probant, Rota apud Farinac. *decif.* 987. n. 6 & *decif.* 772. n. 2. & 3. f. 1. in recent.



De Officio Archipresbyteri.

TIT. XXIV.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Anan. Panorm. Petr. de Ranenna in *compendio iuris Can.* Martin. Melhartius in *epitome Decret.* fol. 26. *vers.* Daniel Venator. in *analysis methodica iuris Pontific.* pag. 85. Goffred. & Host. in *summa huius tit.* Canif. in *summa iur. Canon.* lib. 1. tit. 20. Petr. Alphons. de Vasconcel. in *harmonia rubr. iur. Canon.* Alex. Casian. & Anastaf. Germon. in *paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. in *exposte. titulorum iuris Canonici*, Lancel. in *instit. Canon.* Canif. in *summa iur. Canon.* & nouissime Ioan. Honor. lib. 1. *summ.* in *Decretal.* Cafarel. in *erotem. iuris Canon.* omnes sub hoc tit.

Archipresbyter dicitur princeps Presbyterorum; Marta in *uotis nouissimarum decif. voto* 177. num. fin. & de Tom. I.

eius potestate, munere, & officio, vide l. 8. tit. 6. p. 1. vbi Greg. Emman. Sà in *aphorismis, verbo, Archipresbyter.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib.* 15. c. 21. Rota apud Farinac. *decif.* 533. n. 5. p. 1. in recent. Guillelm. Durand. in *speculo iuris, lib.* 4. sub hoc tit. Card. Tusch. *com.* 1. lit. A. *concl.* 485. Lancel. Conrad. in *temple omnium iudicum, lib.* 2. cap. 11. Ioan. Garc. *de expens.* c. 9. n. 5. & 6. Flores *var. lib.* 1. q. 4. n. 17. Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana, lib.* 3. c. 10. §. *succede.* fol. 202. *verso.* Azor. *instit. moral.* p. 2. lib. 3. cap. 15. Galganet. *de iure publico*, lib. 3. tit. 22. Ant. Fabric. *de re beneficii de beneficiis cum dignitate n. 30 cum seq.* Sebast. Cæsar. *de Ecclesiastica hierarchia* q. 2. *proem.* n. 9. & *latius* p. 3. *disf.* 12. §. 2. Et an habeat aliquam iurisdictionem in suos Parochianos, Clericos, & Sacerdotes, eos scilicet puniendi, castigandi, vel aliud faciendi, tractat. *decif.* Rota apud Farin. 129. p. 2. relata per Aloyf. Ricc. in *praxi auea resol.* 93.

S V M M A R I V M.

- 1 Archipresbyter ciuitatis subest Archidiacono, & principaliter præst Presbyteris, & presbyteralibus officiis, & n. 2.
- 3 Archidiaconus præcedit Archipresbyterum quoad dignitatem, non quoad Ordinem, Archipresbyter vero præcedit Archidiaconum in diuinis.

CAP. Vt Archipresbyter. I.

Ex Concil. Toletan.

Archipresbyter subest Archidiacono, cuius mandatis sicut Episcopi obedit. Habet curam supra Presbyteros, & absente Episcopo solemniter Missam canit, vel is, cui ipse iniungit. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabari. Bellam. Io. Andr. Innoc. Host. Butr. Collect. Anan. Anchar. Panorm. Viuian. in *ration. primi libri iuris Pontif.* pag. 347. Alagona in *compend. iuris Canonici*, pag. 125. remissiuè Ximen. in *concord.* p. 1. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 1. tit. 16. cap. 1. & à Burchar. *lib.* 1. cap. 50. & Ton. p. 6. c. 26.

Probat hic text. quod Archipresbyter est Archidiaconi iurisdictioni, & potestati subiectus, vt per Boër. *de auctoritate magni Consilij*, n. 72. in fin. & n. 73. cum seqq. Steph. Gratian. *discept. forens.* c. 111. n. 80. Azor. *instit. moral.* p. 2. lib. 3. cap. 15. q. 2. & 3. Sebast. Cæsar. in *relect. de Ecclesiastica hierarchia* p. 3. *disf.* 12. §. 2. n. 1.

In gloss. *Subesse*, ibi, *Sed dicas quod Archidiaconus præst Archipresbytero quoad dignitatem, non quoad Ordinem.* Notatur ad hoc quod Archidiaconus præcedit Archipresbyterum in administratione, sed Archipresbyter præcedit Archidiaconum in diuinis. Felin. in *rubr. de maioris. & obed.* Boër. d. num. 73. Anton. de Prætis in *clypeo Pastoralis officij*, cap. 637. nisi Archidiaconus sit in Presbyteratus Ordine constitutus, tunc, cum sit par etiam in Ordine, & maior in administratione, debet præcedere Archipresbyterum absente Episcopo in celebratione Missarum in diebus solemnibus, in delatione sanctissimi Sacramenti in eius festo, in benedictione candelarum, cinerum, palmarum, & aliis huiusmodi actibus, & functionibus sacerdotalibus, Host. *hic*, quem sequuntur Ioan. Andr. Anton. Abb. Card. Anchar. Bellam. & censuit sacra Congregat. in *una Regien.* 9. Decembr. 1600. his verbis, Censuit sacra Congreg. Archidiaconum dictæ Ecclesiæ, qui prima dignitas post Pontificalem existit, & Sacerdos nunc est, nõ quidem ex obligatione, sed ex sua voluntate & deuotione in

S 3 decantat